



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

7 Emptio, & venditio sunt iniusta, cum pretium maius notabiliter iusto datur, vel accipitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO VI.

Post constitutionem tamen Pij V. Extran. Cum onus, requiritur, ut solutio totius pretij census constituendi solvatur in pecunia numerata ipso tempore quo constituitur: Censum tamen olim contracti iniuncti non erant, cum ad iustitiam census satis sit, quod constitutio census verificetur ex natura contractus emptiois; de cuius substantia & essentia solum est, quod pretium in pecunia numerata constituitur, & item pretium. Instit. de emp. non tamen quod in ea solvatur, & in tempore, & articulo constitutionis, & item pretium, quod est de forma accidentalibus, & voluntaria: unde non obstante nova hac Pij V. constitutione, emptio census constitutio pretio in pecunia numerata, & soluto etiam in alijs rebus estimatis illa quantitate, est iustitia; immo fortassis iustior eo respectu, quo venditor maiore tempore fruitur pretio sine vilo censu, & interese, quam eiusdem quantitatis solutio tempore constitutionis, qua necitur, an, & quomodo fructus sit.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 9. de censib.

Cum hospitalitas res adeo laudabilis sit, ut eam non exhibentes a Deo arguantur, Matth. 25. & hospitibus, & alienigenis, quam indigenis carius aliquid vendere vetitum sit. c. 1. de emp. & ven. consuetud. vendendi ius hospitandi cum privilegio vendendi carius vno denario flegitami vini, hosp. r. bus, & peregrinis, quam indigenis iniqua, & illicita est, & rami vendentes, quam contentientes cooperando, & participando de lucro moraliter peccant. c. 1. de offi. deleg. ex Nau. in Man. c. 17. nu. 195.

DECISIO III.

Ex conf. 3. in vtrisque.

Habens potestatem imponendi iustum pretium & taxam carnibus, & alijs rebus, leges iustas super pretio, & modo vendendi ea ferens, & inferiores ad leges observantia sub peccato mortali obligat intendens, ut subditos ligat, ex Nau. in Man. c. 14. nu. 48. ut res carius usque pretio, & ultra taxam vendens, non solum peccat mortalis reus efficiatur, sed etiam ad restituendum damnum eis, quos ligat, obligatur: adeo ut licet paritas rei acceptas, vel damni dati excuset a culpa mortali, quando accipitur, vel fit sine intentione accipiendi quantitatem notabilem non tamen excusat, quando fit cum intentione restituendum multum multis v. cibis. ex Nau. in Man. c. 17. num. 239.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 8.

Papa, sicut ex causa iusta relicta testatorum laicorum ad pios usus, in alios usus pios, mutare potest: Cl. quia contingit de elig. domib. Ita Imperator, Rex, & alij qui Regula a habent, & in temporalibus superiorem non agno. cur iusta de causa relicta testatorum laicorum ad usus profanos, in alios usus profanos, & a fortiori in alios usus pios mutare possunt. l. 1. & l. legatam, ff. de adm. minist. r. r. ad civit. pert. & c. qua in ecclesiarum, de const.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 9.

Cum actus, ad cuius valorem necessaria est dispensatio, antequam illa impetratur, non valet: Matrimonium cōt. actum inter cognatos a iquo gradu prohibito intra se attinentes, ante dispensationem est nullum, et si alter coniugum promittat alieri imperatorum eam: r. de consang. & affin. Et resignans beneficium, referuata sibi aliqua parte fructuum, vel pensionem, salvo beneplacito Papae, si antequam obtineatur beneplacitum eius, capiat illam partem fructuum, vel pensionem, Simoniacus realis censetur. ex Nau. in Man. cap. 23. num. 107. Et alienatio rei alienari prohibita, non impetrata prius alienandi dispensatione & licentia, adeo inualida est, ut non satis sit ratificatio ex intervallo facta, nisi cum modis a concedente licentiam expressis, cap. 1. de rebus eccl. non alien. in 6.

Vendens scienter male, emptori se entem rem vel alienam esse, vel venditorem. Nam iuste vendere non posse, mortaliter peccat, non tamen de civitate, aut interese tenetur; l. si fundum & l. emptor. C. de civit. & l. si fundo, ff. eod. secus autem si rem talem scienter emptori bonae fidei, & ignorantem vendat; tunc enim ultra peccatum, etiam de eorum est. & ad interese obligatur, peritque emptor talis bonae fidei iuste & licite ex empto aduersus venditorem agere l. & libere; hominis, ff. de contrah. emp.

DECISIO VII.

Ex conf. 6. in vtrisque.

Vendens aliquid pretio per arbitros aestimando, cum conventionem addita ut emptor ultra iustum pretium conferatur, aliquid maius notabiliter singulis annis etiam anticipata solutione in principio anni venditori solvat, peccat; cum omnis emptio, & venditio, in qua pretium maius iusto datur, vel accipitur, iniusta sit, praesertim si anticipata solvatur. c. 1. & 2. de emp. & l. 1. ff. de emptio. S. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. & Nau. in Man. c. 12. nu. 77.

DECISIO VIII.

Ex conf. 7. alias 15.

Varia mercimonia longo tempore exercens, quae vix, & difficile sine peccato exerceri solent; & subinde dubitans, an aliquo illicito acquirit, & quibus ratione iustitiam reputat debet, quum dicitur, & in qua quantitate verisimiliter proximo nocuit, & si minime quantum aliquibus certis personis nocuerit, eisdem restituere in conscientia tenetur: Ag cap. ea de iure iur. sin. vero ad memoriam revocare non potest, quibus in partibus, & quantum nocuerit, debet bona fide reputare quantum plus, vel minus eo modo nocuisse potuit, & illud partibus restituere, vel in alia opera pia impendere. c. cum tu de vlt.

DECISIO IX.

Mutuans frumentum cum pacto tacito, vel expresse, quod mutuarius reddat melius frumentum quam accepit, peccat, & illud plus, quod accepit, restituere tenetur. Arg. c. 1. & 2. 14. q. 3. Si vero non fiat conventio, & consuetudo obligat ad reddendum melius, sed contingit, quod cum tenetur reddere idem in specie, reddat melius frumentum, eo quod est sanius, vel nouus, & ad conserva. dum apud nec peccat accipiendo, nec restituere tenetur, etiam si minus principaliter motus fuerit ad mutuandum aliqua, quod recipitur melius, & tamen mente quod contentus foret restitutione frumenti aequae bonae, & petere amplius, nec conquirere ut: cum spes illa minus principalis non faciat mutuum vitiarium. Glo. recep. in c. consuluit, de vlt.

DECISIO X.

Societatem contrahentes super mercimonijs cum pacto inter socios de stando lucro, & damno, ita ut capit de non manente saluum conferenti pecuniam, sed si perderetur, illi, & non alijs socijs periret, licita est: si vero ita contracta sit, ut capitale, seu fors principalis salua reddatur conferenti, iniusta, & illicita erit ex Nau. in Man. cap. 17. num. 251.

DECISIO XI.

Census ante constitutionem Pij V. impositi, non ex eo illiciti erant, quod pars pretij in pecunia numerata soluta fuisset, & pars in alijs rebus, & bonis estimabilibus ab ipsis patribus estimatis, dummodo alia necessaria servata essent: Immo etiam ante illam pretium census non solum in alijs rebus quam in pecunia numerata solvi poterat, sed etiam remittendo debitum a venditore solvendum emptori: sicut etiam ante praefatam Pij V. constitutionem iure poena restituenda fortis in casu contractae morae solvendi censum apponi, & peti poterat, & etiam peti potest restitutum praedictae fortis post contractam moram iniunctam & impenam, & damna ob illam litem conequuta.

E 2 debent